

tribuisse videar, neq; tamen in ipso vitæ speculo
qvicqvam omittatur, de laudibus Boni Præcepto-
ris ita dicere constitui, ut, qvæ simpliciter & in ge-
nere proferentur, tanto liberius audientium judicio
referri ad optimum hunc Rectorem possint. Placue-
runt autem aurea Senecæ verba, qvæ habet *Lib. VI,*
de Benef. cap. 16. qvibus expositis, & in genere bo-
ni præceptoris idea, & speciatim Keimanni gloria
cognoscatur. Sic vero loquitur:

In docendo & laborem & tædium
tulit, præter ea qvæ à præcipientibus in
commune dicuntur, aliquva instillavit ac
tradidit, hortando bonam indolem ere-
xit, & modo laudibus fecit animum, mo-
do admonitionibus discussit desidiam.
Tum ingenium latens & pigrum, inje-
cta, (ut ita dicam) manu, extraxit: nec
qvæ sciebat, maligne dispensavit, qvò
diutius esset necessarius, sed cupiit, si
posset, universa transfundere.

Cæterum talia qvi judicaverint digna, qvibus se-
mihorulæ spatium impendant, ut, qvicqvid materiæ
causa facturi sunt, dicentis etiam causâ libenter faci-
ant, officiosè & peramanter rogantur. *P.P. è*
Gymnasio Zittaviensi Dom. X. post. Trin.
M DC XCII.